

Teto. Rudolfus comes de Phullendorf. Ōlricus comes de Lenzeburc. Teobaldus comes de Lesgemunde et alii quam plures.

:Signum domni Friderici Romanorum imperatoris invictissimi.: (M.) (SJ.)

Ego Vlricus cancellarius vice Coloniensis archiepiscopi et archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominicę incarnationis M̄C̄L̄X̄I, indictione X̄,

5

regnante domino Friderico Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius X̄, imperii vero VII; feliciter amen;

datum Laudę XIII. kal. februarii.

308.

*Kaiser Friedrich I. schenkt auf Bitten des Markgrafen Otto dem von letzterem gestifteten Kloster 10
Altzelle 800 reichslehnbare Hufen Landes auf dem südlichen Ufer der Freiburger Mulde im Burgward Mochau, in der Provinz Dalminze. — Zeuge: Markgraf Dietrich, Bruder des Markgrafen Otto.*

Lodi, 1162 Febr. 26.

Hdschr.: Or. Perg. Dresden Hauptstaatsarchiv No. 68. Siegel = Heffner V. 33.

Gedr.: Gautsch, Archiv für sächs. Gesch. u. Alterthumskunde I, 197. Stumpf 3929.

15

C. :In nomine sanctę et individue trinitatis. Fredericus divina favente clementia Romanorum imperator augustus.: | Apud nostram maiestatem bona fides et sincera devotio semper locum habuit et fideles illi augmentum honoris et gratię iure apud nos debent invenire, quorum merita et preclara servicia circa honorem | nostrum et imperii sepius clarescere cognovimus. Ea propter cognoscant omnes imperii nostri fideles tam futuri 20 quam presentes, qualiter dilectissimus princeps noster Otto marchio Missinensis nostram imperialem magnificentiam | adierit et nostram clementiam pia ac sedula petitione exoraverit, ut abbatiam illam, quam ipse predictus marchio in marchia sua sub regula beati Benedicti ad honorem beatę Marię virginis instituit et construxit, auctoritate nostra liberam redderemus et ut octingentos mansos, qui Frankonica lingua lehen appellantur, in pro- 25 vincia, quę dicitur Dalminze, in episcopatu Missinensi, quos idem marchio a nobis et ab imperio in beneficium habebat, quos etiam ipse suis sumptibus extirpari fecit et in culturam redegit, videlicet in nemore illo, quod est inter predictam provinciam et Boemiam, ad meridionalem plagam orientalis Milde in burchwardo Mochowe, predictę abbatię conferremus et nostro privilegio ei confirmaremus. Nos itaque sinceram devotionem prefati 30 marchionis et eius fidelissima obsequia in memoria et pre oculis habentes ac bonum zelum ipsius circa cultum divinum ex hoc proposito propensius intuentes dignum duximus preces eius admittendas. Et quia res ista absque nostra concessione et donatione ad effectum perduci non poterat, illos predictos octingentos mansos, quos dilectus noster marchio a nobis in beneficium habebat, deo libere donavimus ad laudem et gloriam nominis eius, ut 35 inde servitium dei ordinetur ipsasque possessiones cum omni utilitate in longum et in latum, videlicet cum silvis et campis cultis et incultis pascuis pratis aquis aquarumque decursibus molendinis piscationibus viis et inviis et similibus, quecumque ad usum humane